



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitularia Karlomanni Principis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

KARLOMANNI PRINCIPIS CAPITVLARE PRIMVM

Datum anno Christi DCCXLII. in plena synodo.

Lib. v. Capitular. c. 2.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Ego Karlomannus Dux & Princeps Francorum anno ab incarnatione Christi DCCXLII. XI. videlicet Kalendas Maias cum consilio servorum Dei & optimatum meorum Episcopos qui in regno meo sunt cum Presbyteris ad Concilium & synodum pro timore Christi congregavi, id est, Bonifacium Archiepiscopum, & Burchardum, & Regenfridum, & Vuintanum, & Vuitbaldum, & Dadanum, & Eddanum, ac reliquos Episcopos, cum Presbyteris eorum, ut mihi consilium dedissent quomodo lex Dei & ecclesiastica religio recuperetur, quæ in diebus præteriorum Principum disipata corruit, & qualiter populus Christianus ad salutem animæ pervenire possit, & per falsos sacerdotes deceptus non pereat.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**E Episcopis in Germania constitutis, & de synodo singulis annis congreganda.
2. *Vt Clerici arma non trahent, neque ad exercitum pergent, preter eos qui factorum causa electi fuerint. Item ut à venationibus abstineant.*
3. *Vt Presbyteri parochiarum Episcopo suo sint subiecti, & ministerii sui rationem illi reddant; paratiq[ue] sint ad illum in visitatione suscipiendum. Ab illo christiani novum accipiant; illum castitatis, vite, fidei, & doctrinae sue testem habeant.*
4. *Vt signoti Episcopi ac Presbyteri sine probatione ad ministerium non admittantur.*
5. *Vt Episcopus cum Comite provideat ne populus paganas observationes faciat.*
6. *De pena Clericorum vel monachorum auctoritatem que in fornicationem inciderint.*
7. *Vt Presbyteri & Diaconi sagis non utantur, sed casulis. Et ut in domo sua mulieres non habeant. Item ut monachi & moniales juxta sancti Benedicti regulam vivere studeant.*

INCIPIVNT SVPRASCRIBTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De Episcopis in Germania constitutis, & de synodo singulis annis congreganda.

I. Taque per consilium sacerdotum & optimatum meorum ordinavimus per civitates Episcopos, & constitutimus super eos Archiepiscoporum Bonifacium, qui est Missus landi Petri. Statuimusque per annos singulos synodum congregari; ut nobis presentibus canonum decreta & Ecclesiæ jura restaurentur, & religio Christiana emendetur. Et fraudatas pecunias Ecclesiarum Ecclesiis restituimus. Falso vero Presbyteros vel fornicatores Diaconos & Clericos de pecuniis Ecclesiarum abstulimus, & degrada-

Tom. I.

K

vimus, & ad penitentiam coegerimus. *Vt Clerici arma non trahent, neque ad exercitum pergent, preter eos qui factorum causa electi fuerint. Item ut à venationibus abstineant.*

II. Servis Dei per omnia omnibus armis maturam portare vel pugnare aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibuimus, nisi illis tantummodo qui propter divinum ministerium, Missarum scilicet solemnia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt; id est, unum vel duos Episcopos cum cancellaris Presbyteris Princeps secum habeat, & unusquisque Praefectus unum Presbyterum, qui hominibus peccata con-

VII. 125. fitentibus judicare & indicare peccitationem possit. Necnon & illas venationes & silvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdiximus. Similiter ut accipitres & falcones non habeant.

Vt Presbyteri parochiarum Episcopo suo sint subiecti, & ministerij sui rationem illi reddant; paratiisque sint ad illum in visitatione suscipiendum. Ab illo christma novam accipiunt. Illam castitatis, vite, fidei, & doctrinae sue testem habeant.

VII. 126. III. Decrevimus quoque juxta sanctorum canones ut uniusquisque Presbyter in parochia habitans Episcopo subiectus sit fit illi in cuius parochia habitat; & semper in quadragesima rationem & ordinem ministerij sui, sive de baptismō, sive de fide catholica, sive de precibus & ordine Missarum, iphi Episcopo reddat & ostendat. Et quodcumque jure canonico Episcopus circumeat parochiam ad confirmandos populos, Presbyter semper paratus sit ad suscipiendum Episcopum, cum collectione & adjutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in cena Domini semper novum christma ab Episcopo quarat. Et ut Episcopo tefsis adiutor castitatis & vite & fidei & doctrinae illius.

Vt ignoti Episcopi ac Presbyteri sine probatione ad ministerium non admittantur.

VII. 126. IV. Statuimus etiam ut secundum canonicas cautelam omnes undecimque supervenientes ignotos Episcopos vel Presbyteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admitteremus.

Vt Episcopus cum Comite provideat ne populū paganas observationes faciat.

VII. 128. V. Decrevimus quoque ut secundum canones uniusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, adjuvante Graphione, qui defensor Ecclesie ejus est, ut populus Dei paganas non faciat, sed ut omnes spuria gentilitatis abiciat

& respuat, sive profana sacrificia mortuorum, sive fortilegos vel divinos, sive phylacterias & auguria, sive incantations, sive hoffias immolaritas, quas stulti homines iuxta Ecclesiā ritu pagano faciunt, sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum, Deum & suos sanctos ad iracundiam provocantes; sive illos sacrilegos ignes, quos nedrates vocant, sive omnes, quemcumque sunt, paganorum observations diligenter prohibeant.

De pana Clericorum vel monachorum ac monialium quae in fornicationem incidentur.

VII. 129. VI. Statuimus similiter ut post hanc synodus, quae fuit xii. Kalendas Maias, ut quisquis servorum Dei vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, ut in carcere penitentiam faciat in pane & aqua. Et si ordinatus Presbyter sit, duos annos in carcere permaneat, & antea flagellatus & scorticatus videatur, & post Episcopus adaugeat. Si autem Clericus aut monachus in hoc peccatum incidit, post tertiam verberationem in carcere missus, vertentem annum ibi penitentiam agat. Similiter & nonne velata eadem penitentia contineantur, & raduntur omnes capilli capitis ejus.

Vt Presbyteri & Diaconi agis non utantur, sed caulis. Et in domo sua mulieres non habeant. Item ut monachi & moniales juxta sancti Benedicti regulam vivere studeant.

VII. 130. VII. Decrevimus quoque ut Presbyteri vel Diaconi non sagis, laicorum more, sed caulis utantur ritu servorum Dei. Et nullus in sua domo mulieres habitare permittat. Et ut monachi & ancillæ Dei monasteries juxta regulam S. Benedicti cenobia vel xenodochia sua ordinare, gubernare, & vivere studeant, & vitam propriam degere secundum predicti patris ordinationem non negligant.



KARLOMANNI PRINCIPIS CAPITVLARE SECUNDVM

Datum anno Christi DCCXLIII. apud Liptinas.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**e prioris synodi capitulis communis consensu receptis & approbatis.
2. **D**e pecunia ecclesiastica sub precario & censu in subfidiū exercitus praefenda.
3. **D**e incestis matrimonii; & ut mancipia Christiana pagani non tradantur.
4. **V**i qui paganas observationes in aliqua re fecerit, quindecim solidis multetur.

INCIPIVNT PRÆDICTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

*De prioris synodi capitulis communis consensu
receptis & approbatis.*

Liber v. Capitulum c. 3.
Moddò autem in hoc synodali conventu, qui congregatus est ad Kalendas Martias in loco qui dicitur Liptinas, omnes venerabiles sacerdotes Dei & Comites & Praefecti prioris synodi decreta consentientes firmaverunt, sc̄que ea implere velle & observare promiserunt. Et omnis ecclesiastici ordinis clerici, Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi, cum reliquis Clericis, suscipientes antiquorum patrum canones, promisebunt se velle ecclesiastica jura moribus & doctrinis & ministerio recuperare. Abbat̄es verò & monachi receperunt regulam sancti patris Benedicti, ad restaurandam normam regularis vita. Fornicatoris namque & adulteros Clericos, qui sancta loca vel monasteria antē tenentes coquinaverunt, præcepimus inde tollere & ad penitentiam redigere. Et si post hanc definitionem in crimen fornicationis vel adulterij ceciderint, prioris synodi iudicium sustineant. Similiter & monachi & nonne.

*De pecunia ecclesiastica sub precario & censu
in subfidiū exercitus praefenda.*

I. Statuimus quoque cum consilio servorum Dei & populi Christiani, propter imminentia bella & persecutions certarum gentium que in circuitu nostro sunt, ut sub precario & censu aliquam partem ecclesiasticae pecuniae in adjutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, ea conditione ut annis singulis de unaquaque casta solidus, id est, duodecim denarij, ad

Tom. I.

Ecclesiam vel monasterium reddantur; eo modo ut si moriatur ille cui pecunia commoda fuit, Ecclesia cum propria pecunia revestita sit. Et iterum, si necessitas cogat, aut Princeps jubeat, precarium renoveret, & rescribatur novum. Et omnino observetur ut Ecclesia vel monasteria penuriam & paupertatem non patiantur quorum pecunia in precario praestata sit. Sed si paupertas cogat, Ecclesia vel domui Dei reddatur integra possessio.

*De incestis matrimonii; & ut mancipia
Christiania pagani non tradantur.*

III. Similiter præcipimus ut juxta decreta canonum adulteria & incesta matrimonia, que non sunt legitima, prohibeantur & emendentur Episcoporum judicio. Et ut mancipia Christiana pagani non tradantur.

*Vt qui paganas observationes in aliqua re
fecerit, quindecim solidis multetur.*

IV. Decrevimus quoque, quod & pater meus antē præcipiebat, ut qui paganas observationes in aliqua re fecerit, multetur & damnetur quindecim solidis.

INDICVLVS SVPERSTITIO. NVM ET PAGANARVM.

- I. **D**e sacrilegio ad sepulchra mortuorum.
- II. **D**e sacrilegio super defunctos, id est, dadiſas.
- III. **D**e spurcalibus in Febr.
- IV. **D**e caſulis, id est, fanis.
- V. **D**e sacrilegiis per Ecclesiās.
- VI. **D**e sacris silvarum, que Ni- midas vocant.
- VII. **D**e his quæ faciunt super pe- tras.

K ij

151 ANNO CHRISTI 744. Capitularia CHILDERICI III. REGIS 2. 152

- | | | | |
|--------|---|---------|--|
| VIII. | De sacris Mercurij vel Iovis. | XXI. | De lunæ defectione, quod dicunt Vinceluna. |
| IX. | De sacrificio quod fit alicui sanctorum. | XXII. | De tempestibus & cornibus & coelestibus. |
| X. | De phylacteriis & ligaturis. | XXIII. | De fulcis circa villas. |
| XI. | De fontibus sacrificiorum. | XXIV. | De pagano cursu, quem Yrias nominant, scissis pannis vel calceis. |
| XII. | De incantationibus. | XXV. | De eo quod sibi sanctos fingunt quoslibet mortuos. |
| XIII. | De auguriis, vel avium vel equorum vel bovum sternore, vel sternutatione. | XXVI. | De simulacro de consparsa farina. |
| XIV. | De divinis vel sortilegiis. | XXVII. | De simulacris de pannis factis. |
| XV. | De igne fricato de ligno, id est, nodfyre. | XXVIII. | De simulacro quod per campos portant. |
| XVI. | De cerebro animalium. | XXIX. | De ligneis pedibus vel manibus pagano ritu. |
| XVII. | De observatione pagana in foco vel in inchoatione rei alicuius. | XXX. | De eo quod credunt quia feminæ lunam commendent, quod possint corda hominum tollere juxta paganos. |
| XVIII. | De incertis locis qua colunt pro facris. | | |
| XIX. | De petendo quod boni vocant S. Mariæ. | | |
| XX. | De feris que faciunt Iovi vel Mercurio. | | |

CAPITVLARE INCERTI ANNI

Datum in synodo cui interfuit Bonifacius apostolicæ sedis Legatus, circa annum Christi DCCXLIV.

Nunc primum editum ex veteri codice MS. bibliothecæ Thuanae.

EX CONCILIO REGVM, QVIBVS LEGATVS ROMANÆ SEDIS INTERFVIT BONEFATIVS.

INCIPIVNT CAPITVLA.

- | | |
|--|--|
| 1. D E expoſito infante. | 15. <i>De liberis, ut non fint teſteſ.</i> |
| 2. <i>De trigesimis mortuorum.</i> | 16. <i>De commutacione.</i> |
| 3. <i>De malicie enixa.</i> | 17. <i>De fideiſſore.</i> |
| 4. <i>De Clericis qui comam nutrīſt.</i> | 18. <i>De personis iudiciorum.</i> |
| 5. <i>De ſacerdotibus qui demigant.</i> | 19. <i>De agnatis & cognatis.</i> |
| 6. <i>De loco Laicorum in Ecclesiâ.</i> | 20. <i>De falſa moneta.</i> |
| 7. <i>De ſervis Clericorum.</i> | 21. <i>De homicidio ad Ecclesiam confugientibus.</i> |
| 8. <i>De invaforibus rerum Ecclesiæ.</i> | 22. <i>De Latronibus.</i> |
| 9. <i>De regulari collectarum.</i> | 23. <i>De die dominico.</i> |
| 10. <i>De profiſſione ſacerdotum.</i> | 24. <i>De emplo à fure.</i> |
| 11. <i>De teſtamento ſacerdotum.</i> | 25. <i>De alieno animali occiſo.</i> |
| 12. <i>De Archidiaconis.</i> | 26. <i>De compositione incenſe domus.</i> |
| 13. <i>De compoſitoribus cantionum.</i> | 27. <i>De via convicinali.</i> |
| 14. <i>De modo ſacramenti.</i> | 28. <i>De rebus commendatiſ incenſis.</i> |

INCIPIVNT PRÆDICTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De expoſito infante.
Lib. vi. Cap. 1. art. c.
144.

I. **S**I expoſitus ante Ecclesiam cujuſ-

etus, confeſtationis ponat collector epiſtolam. Et si qui collectus eſt, intra decem dies quæſitus agnitusque non fuerit,

securus habeat qui collegit. Sanè qui post prædictum tempus ejus calumniator extiterit, ut homicida damnabitur, sicut patrum sanxit auctoritas.

De trigesimalis mortuorum.

VII. 198. II. Fideles pro defunctis amicis jejunia & oblationes triginta diebus adimpleri faciant, & mortuum super mortuum non ponant, nec ossa defunctorum super terram dimittant. Quod si fecerint, canonica sententia subjacebunt.

De muliere enixa.

VII. 197. III. Cùm enixa fuerit mulier, si statim actura gratias intrat Ecclesiæ, nullo hinc peccati pondere gravatur. Voluptas enim carnis, non dolor, in culpa est; in prolis verò prolatione gemitus est. Si itaque eniam in mulierem prohibemus intrare Ecclesiæ, ipsam ei pœnam suam in culpam deputamus.

De Clericis qui comam nutrient.

VII. 234. IV. Sancitum est ut Clerici qui comam nutrient, ab Archidiacono, etiæ noluerint, inviti detondeantur. Vestimenta verò vel calciamenta eis, nisi que religionem debeat, habere non liceat.

De sacerdotibus qui demigrant.

VII. 245. V. De sacerdotibus qui suos titulos absque licentia Episcopi dimittunt aut dimiserunt statutum est ut tandem à communione habeantur alieni quoisque ad suos titulos revertantur.

De loco laicorum in Ecclesia.

VII. 279. VI. Laici secus altare intra cancellos tam ad vigilias quam ad Missas stare penitus non præsumant.

De servis Clericorum.

VII. 290. VII. Ecclesiæ servos vel Episcoporum vel Clericorum à judicibus vel actoribus publicis in diversis angariis fatigari divina prohibemus auctoritate. Si quis verò judicium vel actorum Clericum a servum clericalem Ecclesiæ in publicis vel privatis negotiis voluerit occupare, ab Ecclesiæ cui impedimentum facit efficiatur extraneus.

De invasoribus rerum Ecclesiæ.

VII. 265. VIII. Qui reiculam Ecclesiæ petierit à Regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapuerit, irrita habeantur que obtinent, & ipsi ab Ecclesiæ quam spoliare cupiunt excludantur.

De regula collectarum.

VII. 66. IX. Nullus in precibus nisi ad Patrem VII. 418. dirigat orationem, secundum illud: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo. Et ut prius* eas cum instructionibus tractet.

De professione sacerdotum.

X. Quando Presbyteri vel Diaconi per VII. 466. parochias constituantur, oportet eos Episcopo suo profissionem facere.

De testamento sacerdotum.

XI. Presbyteri post ordinationem sue Add. 14. 31. paupertatis prædia comparantes, testamento Ecclesiæ confirmant. Sin aliter, ut fraudatores teneantur.

De Archidiaconis.

XII. Prævideant Episcopi ne cupiditas Add. 14. 31. Archidiaconorum suorum culpas nutriat, quia multis modis mentitur iniquitas sibi.

De compotitoribus cantionum.

XIII. Qui in blasphemiam alterius VII. 190. cantica compofuerit, vel qui ea cantaverit, extra ordinem judicetur. Nam lex Iusmodi precipit exiliari.

De modo sacramenti.

XIV. Omne sacramentum in Ecclesia VII. 214. & super reliquias à laicis juretur. Sic illum Deus adjuvet & illi sancti quorum sunt ista reliquia.

De libertis, ut non sint teſes.

XV. Libertus & liberta in nullis nego- VII. 149. tuis contra quemquam testimonium dicere 352. permittantur, exceptis illis caufis in quibus ingenuitas deſſit, sicut præmissum est & de servis. Quia indignum nostra penat clementia ut libertorum testimonia inge- nius damna incutant. Qui verò ex eiusdem fuerint progeniti, ad testimonium à tercia generatione admittantur.

De commutatione.

XVI. Commutatio si non fuerit per VII. 152. vim vel metum extorta, talem quallem & 417. emptio habeat firmatatem.

De fideiſuſſore.

XVII. Si quis contempto fideiſuſſore VII. 314. debitorem suum tenere maluerit, fideiſuſſor & heres ejus à fideiſuſſionis vinculo li- berantur.

De personis judiciorum.

XVIII. In iudiciosis quatuor debent ef- VII. 339. fe persona, accusator, defensor, testes, judeſ. Accusator uti debet intentione ad amplificandam cauſam, defensor extenuatione ad minuendam, testes veritate, judeſ aequitate.

De agnatis & cognatis.

XIX. Agnati sunt qui per virilem fe- VII. 341. xum descendunt, cognati qui per femi- neum. Et ideo patru vel patruorum filij & agnati sunt & cognati. Avunculi verò & avunculorum filii cognati sunt, non agnati.

De falſa moneta.

X X. De falſa moneta jubemus ut qui IV. 31. K. iii

155 ANNO CHRISTI 744 Capitularia CHILDERICI III. REGIS 1. 156

eam percussisse comprobatus fuerit, manus ei amputetur. Et qui hoc confessit, si liber est, sexaginta solidos componat, Si servus, sexaginta ictus accipiat.

De homicidio ad Ecclesiam confugientibus.

V. 193. XI. Homicidis vel ceteris reis qui legibus mori debent, si ad Ecclesiam con fugerint, nullus eis iustus detur.

De Latronibus.

V. 106. Add. 34. 142. XXII. De latronibus præcipibus ob servandum ut pro prima culpa unum oculum perdat, de alia vero natus ei truncetur. De tertia culpa, si non emendaverit, morietur.

De die dominico.

V. 340. XXIII. Si quis die dominico opera servilia fecerit, liber homo si boves junxerit, dextrum bovem perdat. Et si alia quæ prohibita sunt fecerit, sacerdotibus illa emenderet sicut de reliquis negligentius judicibus emendari solet, & pœnitentiam infuper accipiat. Similiter de præcipuis festivitatibus.

De empto à fare.

V. 344. XXIV. Si quis de fure nesciens aliquid emerit, querat accepto spatio furem. Quem si non potuerit invenire, probet se sacramento innocentem, & rem restituat,

& furem querere non omittat. Quod si furem celaverit, & perjurasse postea detectus fuerit, tanquam fur & ipse damnetur.

De alieno animali occiso.

XXV. Si quis casu faciente occiderit v. 346. alienum animal, & non negaverit, simile dare non tardet, & cadaver mortui accipiatur.

De compositione incensæ domus.

XXVI. Si quis incenderit alienam domum, primò omnia ædificia restituat, & quicquid ibi arserit componat, & infuper l. x. solidos, & publica pœnitentia multetur. Et quotquot homines de ipso incendio evaserint, unicuique secundum legem suam componat, & quicquid perdiderint restituat.

De via convinciali.

XXVII. Si quis viam convinciale v. 351. vel pastoralem clauserit, cum sua lege componat, & ipsam viam aperiat.

De rebus commendatis incensis.

XXVIII. Si cui commendatis res v. 352. fuerint, vel traditæ ad vendendum, & in domo ejus cum rebus suis Cetera desunt in MS.

PIPPINI PRINCIPIS
CAPITVLARE SVSESSIONENSE

Datum anno Christi DCCXLIV. in plena synodo.

IN Dei nomine & Trinitatis. Anno DCCXLIV. ab incarnatione Christi, sub die vi. Nonas Martij, & Luna xii. in anno secundo Childerici Regis Francorum, ego Pippinus Dux & Princeps Francorum. Dum pluribus non habetur incognitum qualiter nos in Dei nomine una cum consensu Episcoporum sive sacerdotum vel servorum Dei consilio, sive Comitum & optimatum Francorum, colloquij apud Sueffionis civitatem synodus vel Concilium facere decrevimus. quod ita in Dei nomine & fecimus.

INCIPIVNT CAPITVL A.

1. **D**e fide Nicæna, & canonibus antiquis toto regno promulgandis.
2. *De synodo singulis amis congreganda.*
Et de Adalberto heretico in synodo damnato.
3. *De Episcopis per civitates ordinatis sub Archiepiscopis Abele & Ardoberto. De*
- monachis. *Et ut Abbates in hostem ipsi non eant, sed mittant. Et Clerici à fornicatione, habitu latice, & venatione abstineant.*
4. *Vt laici fornicationem omnem, perjury, falsa testimonia devinent, Ecclesiæque tutentur. Et ut Presbyteri parochiarum Episcopo suo sint subjelli.*